



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto  
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, Nov. 1530**

Celeberrimo Ac Ornatissimo viro & domino, magistro Theoderico Dircks ab  
Hezio, consultissimo Iuris pontificij doctori, sacrarum que literarum  
Licentiato omnium spectabilissimo, Sanctæ sedis ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](#)

CELEBERRIMO AC OR-  
natissimo viro & domino, magistro THE-  
ODERICO DIRCKS ab HEZIO, con-  
sultissimo Iuris pontificij doctori, sa cratum  
que literarum Licentiato omnium specta-  
bilissimo, Sanctæ sedis apostolicæ scriptori  
ac protonotario, cathedralis ecclesiæ diui  
Lamberti Leodieci canonico, &c. GVLI  
ELMVS LOER a STRATIS, bona-  
rum artium professor, Christi sacerdos.

S. P. D,

**N**ON possum satis mi cognate omni-  
um coniunctissime hanc in te am-  
mirari modestiam, q̄ præter om̄em  
ferme huiuscē nostri æui morem, eos  
tā detesteris sciolos: quibus, vbi vix  
summis, vt inquiunt, labris romane  
eloquentiæ degustauerint dulcedinem: mox insi-  
pidum fit omne, quod non Tullianā sapiat ver-  
borum elegantiam: quasi verbis potius q̄ reç no-  
tione imbuendus sit animus. Atqui tu certe con-  
tra quum sis (vt interim silentio transeam, te ali  
equi omnis veræ sapientiæ vnde quaç doctissi-  
mum esse) linguaꝝ haud ignarus, nēpe qui vtrā  
que græcam pariter & latinam calleas: nec pro  
pterea tamen eorum probas temeritatem, q̄ ita  
expoliunt linguam, vt non nisi ad detrahendum  
acuere videantur. Quandoquidem hisce (qua-  
tumlibet alias doctris iuxta ac sanctissimis) ob-  
loquantur & famam detrahant, quos nouerint  
huiusmodi linguarum expertes: etiam si cunctos  
Philosophos Iureperi os, aut Theologos multa  
eruditio ne superent. Cuiusmodi e multis præter  
cæteros vñus fuit venerabilis ille pater Diony-

Aa ij sius

E P I S T O L A

Ius a Rickel, patria Leodiensis, instituti Cartho  
siant, apud percelebrem Ruremundam profes-  
sor. Qui velut alter Dionysius Areopagita (quē  
nomine pariter & re ad vnguem vsq; æmulari  
putatur) multa diuino quodam numine fretus,  
præclara, & quidem vberima, conscripsit ope-  
ra, in omni ferme scibili: vt post Aurelium Augu-  
stiniū vix quispiam aliis ei secundus, tam co-  
pia quam utilitate librorum iure (ni mea me fal-  
lat opinio) censeri queat. Adeo namq; plenus est  
eruditione, adeo copiosus varietate, adeo pietate  
refertus: vt nihil quod cæteris perspicuum fue-  
rit, illum fugerit. Cuius ego simplicem, scholasti-  
cum, ac protritum stilum (quo doctis et indoctis  
intellectu ne esset difficilis, est usus) cum sua mi-  
rabili eruditione non dubitem præferre multorum,  
præsertim neotericorum, ambitiosis scriptis: in q  
bus præter ornatum phalera sive verborum, qui  
bus aures mulcent, perparū est qd mentē refice-  
re qat. Hinc nos ex predictis Dionysij lucubratio-  
bus heptalogum quandam selegimus, quo vni-  
uersa hominis vita moralis mihi describi puta-  
tur. Nempe quomodo a deo optimo maximo de-  
generes filij, huius inq mundi amatores, auertā-  
tur. Quibus profecto via omnī arctissima est,  
& reclusum iter ad superos: & quidem latissima  
quæ ad interitum ducit via. Id quod efficit vitio-  
rum, flagitorum, & criminum enormitas, qbus  
sibi viam salutis præcludunt ne sint digni ob su-  
am turpitudinem dei conspectibus præsentari:  
nisi ex toto corde ad dominum conuertantur a  
via sua pessima, & a prauis cogitationibus. Qui  
bus relictis eportandum putamus e fonte lucis,  
vt & semitam amplectatur, quæ ducit ad vitā.

Ad quod

## N V N C V P A T O R I A.

Ad quod haud parum conduxerit deuotum illud  
præcordiale, atque dialogus ille ad sanctam ex-  
hortans religionem, ut nisquam tutius atq; se-  
curius viuatur: unde facilis quoq; perpetuam  
cuiq; liceat assequi felicitatem. Hęcce opuscu-  
la, & si mole qđem peregrina, germanus meus  
frater Theodoricus Loer a Stratis monachus, ac  
vicarius domus Carthusianorum in Agrippina  
Vbiorum Colonia, in vnam colligauit farragi-  
nē veluti thesaurum amplissimum: censuitq; ad  
Christifidelium eruditionem simul & deuotionē  
in publicum edenda. Quod tum haud absq; au-  
thoritate factum iri putabat, si sub tuo patroci-  
nio ac defensione, a theoninis dentibus tutarent.  
Quare ad illius instantiam hosce libellos in plus  
mille exemplaria diuulgandos e prælo curauī,  
pro meo non vulgari in Carthusianæ religionis  
professores affectu, a compluribus iam annis.  
Quorum (ut est apud diuum Bernardum ad fra-  
tres de Monte dei) altissima est professio. Cœ-  
los transit, par angelis est, angelicę similis puri-  
tati. Non enim solū voverunt oēm sanctitatē, sed  
omnis sanctitatis perfectionem, & omnis con-  
summationis finem &c. Quæ etiam multis iam  
religionibus collapsis, aut misere deformatis, fix-  
missima ecclesiæ columna, in primo fundatiōis  
feruore & decore persistit. Nec aestimauī ego qđq;  
eos ulli vñquam rectius potuisse nūcupari, quā  
tuo nomini: vel eo potissimum, q; tu huiusmodi  
opusculorum eruditionis viuidum quasi exem-  
plar, olim multa probitate expreſſeris. Nempe  
qui mundum penitus deseruisse videaris: ac ple-  
nissime eius fallacias cognoscens, tete totum in  
dominum reduxeris: semitas vitæ ingrediens,

3 quas

## E P I S T O L A

Qs multa meditatiōe in p̄cordijs geras ne tibi sit  
opus ad v̄lteriorem religionis cuiuspiam profes-  
sionem anhelare. Id quod dialogus patroni ad  
Canonicum ( huic operi tua gratia connexus )  
mirum in modum hortatur. Quis enim nescit, q̄  
tæ prohibitatis semper fueris, & omnium virtutū  
decore redimitus? Quod si ego tacuero, clama-  
bunt orphani quorum alitor es, clamabunt pau-  
peres humanis destituti suffragijs utriuscq̄ sexus  
plurimi: quos eleemosynis, consilijs, auxilijsque  
Christo colligis: alios ad religionem, alios ad sa-  
cerdotium, atq̄ alios ad cōiugium cœlibatum  
ue: in quos non paruam portionem prouentuum  
tuorum impēdis. Clamabit & Leodium, clama-  
bit Roma, clamabūt deniq̄ egregia tua facino-  
ra plurima. Vel ut qd alioqui Adriānus, huius  
nominis sextus Romanę ecclesię nuper summus  
præfus, vitā tuā atq̄ mores adeo probasset: vt te  
haud secus q̄ Aeneas ille insignis Achæiem, sibi  
familiariissimū multa frequētia Louanij, in Hi-  
spanijs, ac tandem Romæ, a secretis comitem ad  
extremum vitæ usq; diem abesse nunq̄ volue-  
rit? Et nunc summi Collegij ( vt vocant ) secula-  
ris Canonicus licet existas, Dionysij tamen mo-  
nachi disciplinam amplectus videare, priusquā  
Dionysij opera pellegeris. Quare nec illis ipsis ti-  
bi multum commodi præstandū putauī, sed me  
am in te obseruantiam declarare volui: vt per  
petuum amoris pignus ex aliena offerrem arca.  
Et vt tandem alijs eo libentius hanc eruditioñē  
amplectantur, q̄ audierint authorem, tñ me-  
ruisse patrōnū: q̄ hsc sub facilis scholastico sti-  
lo & phrasī, saluberrimā ad perpetuam felicitā-  
tem discent munimenta. Accipe itaq; hilari vul-  
tu ab

N V N C V P A T O R I A.

tu ab amiculo sanguine iuncto, hoc breue munusculum: quo si gratificari tibi didicerimus, nec nos poenitebit vellaboris quem germanus tulit (quo ex commissione capituli sui generalis, ac superiorum omnia imprimenda transcribi praesulc parari curare habet) ve expensatum ex tenuitate mea. Quinimo grauiora a nobis expectabis. Vale. Et pientissimo deo nobiscum gratias age, qui magno suo munere nouum hunc aut horem & ecclesiæ iubar hoc tempore,  
quo mundus impietatibus ac haeresibus  
haereticisq; suis impijs scriptis omnia  
contaminantibus plenus est, ex  
citare dignatur. Ex Academia  
mia nostra Coloniensi.  
Anno. M. D. XXX  
ipsis ferijs diuini Bruxellensis, primi  
patriarchæ instituti Carthusiani.

INDEX ARTICVLORVM  
seu capitum VII. opusculorum sequentis  
heptalogi: in quo A primam chartæ faciem, B vero denotat secundam.

**C**Speculum amato: si mundi unico absoluitur  
Arti. Et ponitur loco proemij totius opis. Primum  
**D**e arcta via salutis et mundi contemptu habet Secundum  
Articulos. 3. 6.

P	roemium. Indicabo tibi o homo, quod sit bonus. f. 1. a
Quam diligenter sint audienda verba dei.	2. b.
De duplice hominum via	4. b.
De triplice genere viatorum.	5. b.
De arcta via salutis: & lata via perditionis.	8. a
Increpatio ignorantie, negligetiae, atque accidie nra. 10. a	